generali bellica feria secunda post datam praesentis Citationis in Curia Regia Varsaviensi celebrandis Ill[ust]r[e] et peremptorie compareas Ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et Eius delatoris Generosi Christophori Krzemadowski qui vos inhaerendo praefatae Constitutioni in vim Termini tacti peremptorie citat ideo Quia vos in contemptum Legis publicatae securitatisque et tranquillitatis domesticae quo tempore expeditionis summa pax observanda est ausi estis per violentam immissionem pecorum et pecudum Cornutorum et incornutorum et incornutorum in mansos seu pascuas Actoris in bonis Kulesze Szomanka sitas ibidemque siliginis hyemalis ad Cassulas Centum citra voluntatem depabulare conculcare ac in nihillum redigere prout defacto depabulastis conculcastis et in nihillum convertistis in damnum et praeiudicium Actoris maximum quod sibi contra vos ad Centum marcas polon taxat pro quibus super vobis decerneri Examini Judiciali sitis Terminum attentatum et responsuri. Datum in Curia Regia Varsaviensi feria secunda ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo primo. Memoratus Actor citatos supra nominatos ad Officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Klem Benedictum Proszenski per praesens per ... clamat et non Compar et ultra unam formam vicibus quatuor clamat et non compar in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione Judicii praesentis iudicialiter Condemnavit In vim autem lucri praefacti modo praemisso in Contumaciam Citatis obtenti Officium praesens Castrense Capitaneale Varsaviense visa et Considerata Citati clamati et non Comparentis Contumatia et fomentante iuri communi et affectationi Actoris ac lenientis Citationis inhaerendo super praedictis Citatis bonisque eorum omnibus Lucri taxae damnorum actori solvenda sub poena banitionis partibus interpositis decernit decreti praesentis vigore.

Dąbrowski in Lucro poenarum legum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Varsaviensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kłoczew Lesnowolski Varsaviensis Capitaneus vigore Regio et mea Capitaneali authoritate vobis Nobilibus Petro olim Erasmi Dąbrowski in Załki Barski haeredi Francisci Homicidii in fraceripti principali Stanislao olim Alberti Gorski de Gorskie Mazthis

661 v5

ribus olim Martini Raphałek Borowski de Trzeszkowo Heredi et
Nobili Mariannae Dąbrowska consorti Nobilis Joannis Topczewski, reorum
ue principalis eiusdem Tyrannici homicidii complicibus et cooperatoribus
de personis bonisq. vestris generaliter omnibus manu armata et in Judicio
nostro vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi primi
in Comitiis Varsaviensibus sanitae et anno praesenti reassumptae et laudi
publici Terrestris istius Bielscen. in Curia Regia Branscen. feria secunda
post festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxime ven
tura his autem deficientibus qui prius vel proximius post Crucifixum tem
stantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilium Adm
Zophiae Zapinska relictae olim Nobilis Stanislai Falkowski et Nobilium
Mathei Christophori Petri Jacobi filiorum olim eiusdem Stanislai
Falkowski de Falki antiqua Heredum qui vos in vim termi
ni tacti peremptorie citant Ideo quia vos non contenti prioribus
iniuriis et violentiis per vos eisdem Actoribus et olim Nobili Joanni
Falkowski per vos tyrannice interempti nunc iniuriam iniuriae et vio
lentiam violentiis addendo in vilipendium pacis securitatis et tranquil
litatis publicae nec formidando poenas legibus et Constitutionibus Regni
contra viarum publicarum intercessores et in eisdem interemptores
et spoliatores habita inter vos mutua Cointelligentia et Conspiratio
ne animo deliberato studiose sub tempus praesentis expeditionis
Generalis Bellicae quo summa pax et tranquillitas legibus
Regni provisa est tempore certo in protestatione descripto dum
olim Nobilis Joannes Falkowski filius et frater Actorum pacifi
cus nihil mali nihil mali a quopiam sperans pace publica assecuratus
inermis de Villa Wyszyki Nowiny ad Villam Gorskie certis in
negotiis proficiscebatur ausi estis et praesumpsistis viam liberam
publicam stratam in villa Gorskie praeoccupare prout praeoccupastis
intercessistis manu armata ad inferendum crimen nefarium bene praepa
rati omisso timore Dei et dilectione proximi spretis legibus Regni assue
ti multis iniuriis et violentiis per vos variis conditionis hominibus illatis
vi et violenter insidiose cum aliis suis facti nefarii cooperatoribus
praedictum olim Nobilem Joannem Falkowski tirannice ac immaniter
baculis atque ictibus frameiarum interemistis execastis homoremque pacis
cum de hac luce sustulistis ac vita privastis sicque contra omnia iura severe
praemissa vetantia excessistis nec his contenti paratis pecuniis Vigenti Flor.
potus et Gausape laboris Bielscen. in valore triam flore potus

et equam Colani Szirek in valore quinquaginta florenorum polonicalium apud eundem olim Nobilem Joannem Falkowski per vos tiranice intercepta in vim praedae et spolii recepistis et inter vos dispartiti estis et alias multas iniurias et violentias patrastis pacem et securitatem publicam violastis prout protestatio eo nomine facta latius testatur, poenas quae eo nomine sancitas incurristis ad quas super vobis et bonis vestris orbu decernendas et per Ministeriale publicandas praesentibus Citamini. Judicialiter Ad Terminum attentatum et responsum ad praemissa in termino adveniente declarabuntur. Datum in Curia Regni Pro ferio Sexta post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuius quidem Citationis praeinsertae Copiam Sigillum Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prozenski ab una integra ante termini praesentis septimana in bonis Falki Banowski apud Nobilem Petrum Dobrowski posuisse et eosdem citatos publi posse recognovit. Memorata pars Actorea supra nominatos Citatos, Ad Judicium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prozenski iuridice ter et Una cum forinsecis vicibus quatuor clamatos et non comparentes ad Luendas poenas legum videlicet infamiae ex Regeoni [?] audire ac admisendere officii primus judicialiter condemnavit. Et Officium praesens Castrense Capitaneale Branscensi visa et considerata citatorum clamatorum et non comparentium Contumacia et temeritate iuri communi et affectatione partis actoris ac contentis citationis in decreto super praedictos citatos bonisque eorum omnibus Luendarum poenarum legum videlicet infamiae decernit ipsosque infames et de Regno Poloniae proscriptos pronunciat et ad eandem publicandam poenam infamiae Ministerialem Regni Generalem suprascriptum Nobilem Benedictum Prozenski addit et deputat. Qui quidem Ministerialis praefatus ut sub deputatione vestros eosdem Citatos decreto praesenti infames in victos ac de Regno Poloniae dominiisque proscriptos eidem annexo publicasse proclamasse hic in facie officii praesenti ac foro publico oppidi huius Branck in praesentia multorum hominum pro terminis praesentibus congregato alta sua voce praeconica publicasse proclamasse et ad notitiam omnium hominum in dubitatam deduxisse recognovit de quo sua relationem fidelem fecit.